

Nathan Chyträus

**Nvptiis M. Iohannis Hollenhagii Viri Doctiss. Et Sarae Bordingiæ Virginis pudiciß.
D. Iacobi Bordingi Medici [et] Philos. Cl. Filiæ. Elegia Nathanis Chytraei**

Rostochii: Lucius, 1574

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1755987587>

Druck Freier  Zugang






Cq-1536.¹⁻⁵

LUCAS BACKMEISTERVS,
est verus possessor huius
libri.

Nulla dies abeat quin linea ducta
super sit.



NUPTIIS
M. IOHANNIS
HOLLENHAGII MRI
DOCTISS. ET SARAE BOR-
dingiae Virginis pudiciss. D. Iaco-
bi Bordingi Medici &
Philos. CL. Filiae.

ELEGIA

NATHANIS CHYTRAEI.



ROSTOCHII
MDCXCV DEBAT IACOBVS LVCIVS
TRANSYLVANVS.
ANNO M. D. LXXIV.



NVPTIIS

M. IOHANNIS
HOLLENHAGII VIRI

DOCTISSIMI, ET SARAE

Bordingiae Virginis puz
dicissimae.

VITIS ET VLMVS.



*Xorem viti similem, quam
sustinet vlmus,
Qui dixit, verè prouidus
ille fuit.*

*Naturamq; adeo verum bene calluit, vnus
Vt dici possit non habuisse parem.*

Hic est ille sacer diuinae spiritus aura,

Lumine de cuius caetera lumen habent.

Hoc afflante Dauid caelesti numine plenus

Vsq; adeo nitidis lustris imaginibus.

E*T vile & fragile est lignum sine robore
vitis,*

Quaëq; diu vidua est pallida serpit humi,

A 2

Nec

*Nec sese extollit, nec mites educat uvas,
Radicemq; imā summa flagella premunt.
Quin etiam parua est, vitis nisi vestiar, Vl-
Gratia, quæ fructus fertilitate caret. (mi
Sed vitis postquam est vlmo coniuncta ma-
rito,*

*Tum subito folijs, germine, flore, placet.
Vere nouo teneras generoso in palmite gem-
Et mox capreolos malleolosq; vides, (mas,
Inde corymborum pendentes more racemos
Stipatos acinis pampinus ipse tegit.
Sic fructu recreat, patula sic protegit umbra
Exhilaratq; nouo pectora sicca mero.
Hinc vlmo quoq; forma venit, vultusq; de-
corus,*

*Dum grauida uuarum fertilitate nitet.
Non illi celebs platanus, non arbuta certent,
Sic licet illa umbra nobilis, ista cibo.
Tum quoq; cum fibris morientibus aruit vl-
mus,*

*Circuit hanc solitis vitis amica comis,
Post mortem quoq; fida manens & grata
marito,
Cum quo dulce putat viuere, dulce mori.*

Quam

*Q*uam bene legitimi depingant fœdus
amoris

*Psalmographi in sacris hæc monumenta
libris*

*Nonne vides? opus infirmum est, & debile
sexu*

*Femina, nec validis equiparanda viris,
Inprimis dũ sola manet: nec mascula virtus
Integra fœminea si videtur ope est.*

*Non uiuit, fida quisquis sine coniuge uiuit,
Dimidium siquidem non habet ille sui.
Cõubio hos sed iunge pari, mox debilis illa
Fortior, & mutilus corpore firmus erit.*

*Mortua tũ paulo ante domus iam uiuere de-
Aut vita incipiet commodiore frui. (mũ,*

*Inde sequentur opes, numerosa munera pro-
Et benedicentis gratia larga Dei. (lis,*


*Hinc sincera fides, pietas, patientia, candor,
Atq; aderit nitens spes animosa Deo,*


*Hinc uerè sincerus amor post funera durās,
Omnia quem superās mors superare ne-
quit.*

*Hi fructus, hæc sunt socialis præmia uite,
Quisquis es hæc casta sumere disce manu.*

*Fecit id excellens Bordingius arte medendi,
Palladios inter gloria summa viros,
Nec pietate minor: qui tanquã nobilis ulmus
Sustinuit vitis dulce comantis onus.
Protulit hæc vitis aliò traducta nouellas,
Quas tibi sponse inter surculus iste nitet.
Sara bonis animi formoso corpore præstas,
Atq; adeo tali filia digna patre.
Surculus hic ulmo iã consociandus amata,
Indiget en fulcro sponse venuste tuo.
Sis facilis, nec tam pulcra te iungere viti
Sit graue, non adeo nam graue pondus erit,
Sed nec pondus erit, sed gratum & dulce le-
uamen,
Et decus, & capiti grata corona tuo.
Hæc tibi dulce merum grauido de palmite
fundet,
Cingat & vt mensas vua nouella dabit.
Vitis illa nouis magni plantaria cœli
Conseret, hæc nunquid vite beatus eris?*

Naiban Chytraeus.





Marci ita dicti sunt à Marte, quod Mar
mense Martio nati essent. cg

Tullig
Qui recens natus non exponendus
aut abiciendus sed tollendus seu
educandus visus esse fuerat.

Cicero.
Cognomen Ciceronis arpinati alium
in illa familia, antiquitus tributum
putant, quod in hoc genere legimus,
nis Cicero mirum terendo et ad
messem copiosam curando et produ-
cendo pro alijs felix esset.

Quinto.
Quintum quoque quod ordine reli-
quorum fratrum quinto loco
natus esset hoc nominis accipisse
credibile est.

In Exordio seu prima parte
huius epistola.

I. Causas huius scriptiois indicat
et rationes affert, cur fratrem falsa
spe, matris decessiois tam elin dū
passus sit. Et hac q̄ insinuatione
leuissimo brachio adhibita paula
tim ad exhortationem accedit qm̄
persuadere fratri suo con
tin, ut hanc tertiam ad im
lestias et curas pro uinciales ac
cessioem in victo animo ferat.
Quod quidem facile cum pra
re posse innuit, cum sit

et exercitatisissimus in hoc genere,
et hanc mansuetudinem non propria
Culpa sibi contraxerit. Culpa autem
omnem hanc in se recipit, et quibus
modis ad eam pertractus sit, expo-
nit simul leges, monet ut quae pariter
caute promissa esse sint, ipse prudentia
et industria corrigat.

Secunda haec est pars huius epistolae
qua docetur a Marco fratre Ciceronis,
cetero qualis ipse in tota sua gubernatione
esse debeat, mirivum
quoddam quasi speculum et exte-
plar in quod subditi intuentes
non possunt non ipsi quoque


carundem esse quam Audiofissi-
mi. Tractatio autem obliqua.
carum enim virtutum, quas in
Quinto unice esse exoptabat
ad modum et dixit. plenariam
quasi possessionem ei tribuit,
ut sic admittiones acrimo-
niam mitiget. Ergo tamen
ipso defectum ille suum de-
bit agnoscere



in in ma fi

in in





Ca.
1710.




NVPTII
M. IOHA
HOLLENHA
DOCTISSIML
Bordingiae Virg
dicissim

VITIS ET



Xorem vit
sustinet
Qui dix
ille fuit.

Naturamq; adeo verum b
Vt dici possit non hab
Hic est ille sacer divina
Lumine de cuius cate
Hoc afflante David caele
Vsq; adeo nitidis lusi
E T vile & fragile est
vitis,
Quãq; diu vidua est
A



S
RI
E

am
idus
nus
ent.
nus
obore
umi,
Nec